



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Vsura IV. quoad locationem & conduct.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

cipali, vt aliquod lucrum annuum soluat, & tenetur restituere etiam non interueniente pacto: secus si acciperet à mercatore donante gratis, quamuis libentiùs habeat suam pecuniam depositam penes hunc gratū, quàm penes alium: & licet mercator det illud sperans propter hanc largitatem pecuniam non auferendam à se. num. 243. §. 9.

Licitè potest quis legare pecuniam beneficiariis alicuius Ecclesiæ, vt perpetuò singulis mensibus tot Missæ pro legante dicantur, quot ex lucro pecuniæ ad rationem quinque pro centum quotannis dici poterunt. num. 257.

Licitum est reipublicæ constituere officium mutuandi egentibus constituto salario de publico, imò & præstiri aliquo paruo lucro reddendo à mutuatariis pro labore officiarij. num. 283. lit. A. & in Nou. nu. 285.

Mutuanti mille in India, ea lege vt post certum tempus eadem petat vbique terrarum inuenerit mutuatarium, satisfit, si soluantur Romæ deductis cambiis, vel illa mille integra. num. 43.

VSVRA IV. QVOAD  
locationem & conduionem.

QVI

**Q**VI pecora, vel prædia emit ab eo, quæ credit non habere, & statim certa pensione eidem locat, tenetur restituere pensionem, quam ex re, quæ non erat, cepit: secus si emit bona fide, credens probabiliter eum habere illa, nec tenetur restituere etiam cognita veritate. num. 229.

*V SV R A V. CIRCA  
cambia.*

**Q**VI deponit nummos apud vsurariũ habentem proprias pecunias ad exercendã vsuram, non peccat: secus si non habeat proprias. c. 14. n. 31. lit. F. §. 12. & in Nou. n. 40.

De commendante pecuniam apud mercatorem, ea intentione vt aliquod lucrũ annuũ ei solvatur; vide supra tit. vsura II l. lit. Z.

De mutuante mille in India, quomodo satisfiat ei Romæ: vide tit. vsura II l. in fine.

De vsura circa pignus. tit. pignus. De vsura circa Societatem. tit. Societas.

*V SV R A VI. QV OAD  
restitutionem.*

**A**V SV R A est minus debita, quàm debitum ex aliis contractibus. c. 17. n. 53.  
Famulus vsurarij tenetur restituere tamquam